



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Tertium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

tum in imaginatione rationis, quæ semper quærit aliquam nostram virtutem, qua cogitemus nos iustos esse, cur in hac questione non hoc dicatur, nos fide iustos esse, quia sit talis virtus in nobis, in hac vel ex illa parte, tamen adesse virtutes oportet: Sed ideo dicitur, Fide iustificari nos, quia apprehendit promissionem, & remissionem propter mediatorem habere reconciliationem. **I T A** & hanc uillatio refutatur: Fides significat fiduciam, In fiducia inest dilectio, ergo etiam dilectione sumus iusti. Concedo in fiducia inesse dilectionem, & hanc virtutem & plerasq; alias adesse oportere, sed cum sumus, Fiducia sumus iusti, non intelligatur, nos propter virtutis dignitatem, sed per misericordiam recipi propter Mediatorem, tamen oportet fide apprehendi. Ergo hoc dicimus correlatum, misericordiam propter Filium Dei sumus reconciliati Deo, & illi accipi seu statui oportet, ut voluntas acquiescat in proposito propterea. **C O G I T E T** autem pius lector, quam absurdum & indignum sit, non discernere fidem Diabolicam, à fide, qua Ecclesiam inuocat, qua accedit ad Deum, & pacem consequitur, ut Rom. 10. dicitur. Item Rom. 10. Qui credit in eum, non confundetur. Et Gal. 2. In fide uiuo filij Dei. Nemo non uidet absurdissimam fore imaginationem, si quis in talibus locis cogitat, Fidem non aliud significare, nisi noticiam Diabolicam. Nam noticia Diabolica fugi Deum, non inuocat, non accedit ad Deum, Ideo Iacobi dicta de fide, Dum uis credunt & contremiscunt, non sunt miscenda Paulitorum. De aliis de Paulus, de alia Iacobus loquitur. Et facile potest intelligere homo sanus, non esse similem fidem Ecclesie inuocantis Deum, & Diabolum fugientis.

TERTIVM.

Qui non diligit, manet in morte,
Impossibile est dici iustum sola fide. Ergo

C O N C E D O, Si intelligas fidem non oportere esse solam, sed hinc non sequitur, dilectionem esse causam remissionis peccatorum, sicut necesse est ad fidem accedere patientiam, sed non sequitur, nostram patientiam esse causam remissionis. Et exclusiua patientie non excludit virtutes, ne absint, sed excludit eas à causa reconciliationis, ac significat solius Christi meritum esse causam reconciliationis. Est & hoc sciendum, remouendas esse humanas imaginationes de iusticia Legis, quæ à dilectione Dei oritur. Si natura hominis esset sine peccato, posset Deum vere diligere: Sed quia est obruta peccato, necesse est prius accipi remissionem, nec potest accendi dilectio, nisi agnita & apprehensa remissione peccatorum. Ac nimis absurde cogitant de remissione, qui putant sine certamine fidei eam accipi.